



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Monitio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

malit in huiusmodi Repub. degere, in qua cuiusque virtus elucescit: potius quam agere in media plebe, & qualisnam sit, non cognosci. Quinetiam tanto faciliorem non immerito ipsam esse iudicaverimus; quanto facilius est animum suum vnius viri instituto accommodare quam multis variisque opinionibus placere conari.

Qui magistratus per vices annorum subeunt, prius fiant iterum privati quam Republice negotia cognoscant, eorumque sibi experientiam comparent. Qui vero semper iisdem officiis funguntur, licet ingenti fuerint inferiori, experientia tamen vsuque rerum longe ceteris preferendi sunt: Ad haec populus multa negligit, dumque alter respicit alterum, illi vero nihil per negligentiam delinquant, cum per ipsos omnia fieri oportere sciant. Item qui in paucorum aut populari versantur imperio, propter contentiones priuatas Republice damnum inferunt: qui vero in monarchia viuunt, quia non est cui inuideant, omnia quam fieri potest optime agunt. Praeterea populus malevolentia mutua laborat, & optarent singuli, vt & qui ante se rempublicam gesserunt, & qui in praesentia gerunt, pessime ciuitatem gubernassent, vt eo maior in se gloria redundaret: Monarchiae autem cum per omnem vitam domiui sint regum, perpetuam benevolentiam retinet. Ceterum hoc maximum est, quod vulgus applicat omnia ad publica tanquam aliena, Monarchiae tamen quam propria. Et in rebus publicis consiliiarii adhibentur: illic quidem ciuitum audacissimi, hic vero ex omnibus delecti sapientissimi. Et vulgus illos maxime colit, qui in turba oratione valent: Monarchiae autem in rebus agendis, reuera doctos. Non modo autem in vulgaribus & quotidianis rebus Monarchiae praecellunt, sed etiam militiae commoditates omnes potiores habent. Est enim facultas, tum ad apparatus, tum ad usum illarum, siue latentem, siue manifestum: item ad persuadendum nonnullis, alios cogendum: alios precioso, alios aliis obsequiis allicendum, plus Monarchiae, quam ceterae republ. possint: & haec non minus quispiam ex ipsis factis & euentu, quam verbis adductus crediderit. *Isoe. Nic.*

¶ APOPTHEGMATA

Οτι κἀλλιστοι η μοναρχια.
Nihil melius monarchia.
Darius nihil melius esse monarchia dixit. *Herodot. lib. 3.*
Democritus Imperare natura proprium est praestantiori.
Atheniensis. Lydus quidam ad Croeum accedens, ei dixit. Si gemini soles forent, periculum conflagrationis rerum immineret. Ita & regem vnum quidem accipiunt Lydi, & seruatores esse credunt: duos vero simul tolerare non possunt. *Stob. ser. 45.*
Alexander. Darius obtulit has condiciones Alexandro, vt ab ipso acciperet talentorum decem millia, & insuper Asiam secum ex aequo partiretur. Id cum recusaret Alexander: Ego, inquit Parmenio, accepissem, si Alexander essem: Et ego, inquit, Alexander, si Parmenio essem Dario autem hunc in modum respondit: Neque terram duos soles, neque Asiam duos reges ferre posse. Et hic animi celsitudinem probare possis, nisi dictum impotentiam quandam domandi saperet. Sic Plutarchus in apophthegmat regum & Imperatorum. Verum hoc paulo aliter recitat Serenus in *Commentarijs, cuius haec sunt verba*: Cum Lydis Croeus imperaret, fratrem in consortium imperii assumpsit: tum quidam ex Lydis accedens, dixit: Omnium in terra bonorum, o rex, maximum est sol: neque quaequam extaret in terra, sole non illustrante. At si gemini soles forent, periculum immineret, ne omnia conflagranta pestum ireret. Ita & regem vnum quidem accipiunt Lydi, & seruatores esse credunt: duos vero simul tolerare non possunt, &c. *Stob. ser. 45.*
Socrates. Ei qui animo nesciret vt dicebat melius esse vt seruus vitam duceret quam liber. Esse autem hoc animi, tanquam nauis, gubernaculum tradendum alteri cupiam, qui didicerit gubernandi homines artem, quam ciuilem quoque & iudicalem, & iustitiam vt est, sapius appellat. *Stob. ser. eod.*

¶ SIMILITVDINES.

Roter. d. ami. Vt vnus Deus administrat vniuersa, sed qui sit optimus sancti, illimus. Ita Monarchia res sit saluberrima, si detur Deo similis, *in Simil.*
Vt plures apparere soles, prodigium est: Ita plures esse Monarchas, aut imperatores, *in Simil.*

¶ SCRIPTORES.

De monarchia & eius speciebus vide *Volater. lib. 36. philologia in tit. de politicis.* Quod optimum sit Monarchia. *Stobaeus ostendit ser. 45.* porro de Monarchia & ceteris Rerum publicarum formis videatur. *Plato in Dialogo qui Politicus inscribitur, seu de Regno. Et lib. 8. de Repub. Aristoteles in politicis lib. 3. 4. 5. Et 6. Ethic. 1. 8. Et lib. 1. Rhetoricorum. Hermogenes in capite de politicis. Plutarchus in septem sapientum conuuiuo. Idem de vnius in Repub. dominatione, Statu populari, & paucorum imperio. Socrates in Nicocle, in Areopagico, in oratione de pace seu sociali. Demost. contra Androctonem, contra Timocratem Et in *de vniuersa*. Cice. lib. 3. de legibus. In *Septima. Aristocratica. In Philippicis de Monarchia & Tyrannide in orationibus ad Cesarem habitis pro Monarchia. Aelianus**

cap. 33. *Franciscus Patricius lib. 1. Theophrastus in de Vespassianum instituta de optima Reipubl. forma. D. Man. histor. libro 52. Sigonius libro 1. de antiquis iuris Herodot. libro 3.*

Vide *Magistratus, Princeps, Rex.*

Monitio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Monitio, Graece *μαρτυρια*, dicitur, quia in hac officio. Habenda ratio & diligentia est, primum ut acerbitate, deinde oburgatio conuenientia careat.

¶ BIBLICI LOCI.

Monitiones in Ecclesia necessariae. *Coloss. 3. 16. 1. Tim. 5. 7. 2. Tim. 4. 2. Heb. 10. 24.*

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Quid. 2. Pont. 11.

Ergo quod fuerat simulus factura sine vllis
Plenus auctorem te quoque nata facit.
Acer, Et ad palmae per se cursum domos,
Si tamen horretis, fortis sibi equus.
Idem 5. Trist. 15.
Ne te credideris, quia non facis ista, moueri.
Vela damus quamuis remige puppis caui.
Qui mouet, vt facies quod iam facis ille mouendi
Laudat, Et hortatu comprobatae sua.
Quid. 1. Remed.

Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,
Resistit, atque odio verba mouentis habet.
Quid. 1. Remed.

Quis matrem, nisi mentis inopis, in funere nati
Flere vetat: non hoc vlla mouenda loco est.
Idem 1. Pont. 4.

Vtq; Machaonis Paeanius artibus heri
Lenito medicam vulnere sensit opem:
Sic ego mentis iacens, Et acerbo facinus istius,
Admonitu capti fortior esse tuo.
Et iam deficient sic ad tua verba reuixi,
Vt solet in suo vena redire vero,
Molchion.

Celebre istud hominum dictum est,
Quod alium admonere labor sit modicus:
Iniuriam vero sibi ipsam sustinere,
Omnium esse maximum inter homines curis,
Phil. in Olynth.
Medicos egrotis, amicos infirmis consilere oportet.
Non difficile est alicui male affecto
Illum qui bene appetit cibum, dicere, dotea,
Et pinglem increpari ab illo qui nunquam certum
Ipsum vero cognoscere non est facile.
Adeo inter se differunt dictum & factum.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Monitionis exempla: Sarae parentes, *Job. 10. 22.* Petrus & Paulus, *1. Pet. 1. 13. Et 3. 1.* Iudas Iacobi fratres, *Iudae. 1. 1.* nes temperanda. *1. Tim. 5. 1. 2. Lac. 3. 1.*
Vide supra *Admonitio.*

Mons.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Mons, terra tumor altissimus, ab eminendo, quia dicitur, Graec. *ὄρος*, ab Hebr. *Har*. Cognationem hinc nomine *Harab*, grauida mulier, cuius vterus intumescit, & agens, sublimis, eleuatus.

¶ LOCI BIBLICI.

Montes a Deo creati, *Psalm. 104. 8.* Dei contactu summi, *144.* Babylon mons peltiter, *Ierem. 51. 25.* Mons Sinai, *Exod. 17. 2.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Montana loca velut spongia super suspensa multam multitudinem accipiunt, & ascendente vaporem infrigidantur in aquam condensant. *Arist. meteor. 1. c. 1.*
Montium eleuationes ad tantam magnitudinem terrae sufficientes ipsius sphaericae figuram auferre. *Aristotel. 2. c. 112.*

Montes alti sunt in partibus Aequilonaribus, quia quae frigidiores in superficie, tanto magis recludunt in se vaporem, diu in terra ventre congregatos, qui frequenter etiam peltiter aetos. *lib. Mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 3.*